



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

De Sacrificio Missæ Expedite Celebrando Libri III

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1661

Calcei, parag. 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-41878

§. III.

Calcei.

1. **D**E habendis calceis à celest
braturo, nullum est a præ-
ceptum, atque adeo, nudis pedibus
celebrare, nullum peccatum est
quia tamen honestas, & decentia id
requirit, merito calceatum Rubri-
cæ Missalis i Num volunt. At est con-
suetudo recepta. **A**udio. Sed recep-
ta ex honestate. b

2. Quid? non solum id pecca-
tum non esse olim existimatum
fuit, verum etiam à Patribus in
Ægyptiorum Monasteriis degen-
tibus, statutum erat, ut nudis pe-
dibus Monachi, ad Sacra celebra-
da, immò & suscipienda, procede-
reant. **C**alceamenta (inquit Caius

N s nus

a. *Tolet. Scortia, S à apud Laym. l. 5. to.
3. c. 7. n. 14. fine. b. Bonaç alios referens
de Euch. d. 4. q ult p. 9. n. 28 fine.*

nus a) veluti interdicta Evangelico precepto Monachi recusantes, tantummodo caligis (hoc est Graece b Sandalibus) suos muniunt pedes, & Paulo post. Quibus tamen caligis, quamquam, liceat tantur, uspote Domini mandato concessis, nequaquam tamen pedibus eas habere permitiunt, cum accedunt ad celebranda, scilicet percipienda Sacrosanta Mysteria; illud assimantes, etiam secundum litteram, custodiri debere, quod dicitur ad Moysem, vel ad Iesum Filium Nave. Solve corrigiam calcamenti tui, locus enim in quo stas, terra sancta est. Hactenus Cassianus.

§. IV.

Pileolae.

Capite opero incedere usque ad presentiam Altaris

a Cassian. lib. i. de habitu Monach. c.
10. b In Annotat. ejusdem Cassian. v.
caliga.